

Johann Bacmeister    Bernhard Oldermann

## **Assertiones De Morborum Causis, Quas Pro disputatione Anniversaria**

Rostochii: Myliandrus, 1605

**<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729695239>**

Druck    Freier  Zugang



RU med. 1605

Johann Baumeister, Pres.

Bernhard Oldermann. Rep.





ffertiones  
DE  
BORUM  
AUSIS,


*Quas*  
atione Anniversaria,  
*Sub Praesidio*  
BACMEISTERI,  
Med. D. & Professoris  
ordinarij,

ndendo tuebitur,  
RDVS OLDERMAN,  
*Rostochiensis.*

*Auditorio majori die 18. De-*  
*hora 7. matutina.*



STOCHII  
raphia Stephani Myliandri,  
M. DC. V.



N

F



Affertiones

DE

MORBORUM  
CAUSIS,

*Quas*

Pro disputatione Anniversaria,

*Sub Praesidio*

JOANNIS BACMEISTERI,

*Philos. & Med. D. & Professoris*

*ordinarij,*

Respondendo tuebitur,

BERNHARDVS OLDERMAN,

*Rostochiensis.*

*Fiet disputatio in Auditorio majori die 18. De-*  
*cemb. hora 7. matutina.*



ROSTOCHII

Ex Typographia Stephani Myliandri,

ANNO M. DC. V.

Abstrahens

FORBORNUM  
CAUSIS



Respondendo  
BERNHARDVS ODERMAN

ROSTOCKII  
Ex Typographia Christophi Meynardi  
MDCCLXXII

# DE MORBORVM CAVSIS.

## Assertio I



Um omnis Curatio curandi præsupponat notitiam morbos curaturis ijdem prænoscenti sunt. Ast verò ignoratis causis cognitio nulla, præterquam quod utilis, summè quoq; necessaria Medicis est morbificarum causarum contemplatio, quam in præsentia considerandam exhibemus.

2. Ne autem vocabuli homonymia rerardemur è quatuor vulgatis peripateticorum causis, solam efficientem, eamq; latissimè acceptam, morbificam appellandam censemus. Actionis læsio, quam nonnulli pro fine morbo adsignant, nil minus est. Propria namq; *causa* non sunt id cuius gratia suorum subjectorum, nedum eorum accidentium: accedit, quod finis semper rationem boni obtineat, respectu eius cuius dicitur finis. Materiam in qua, continentia vocamus; ex qua ut accidentium omnium; ita & morbi agnoscimus nullam. Formam quoq; quia simplices formæ aliis nullis informantur eidem denegamus. Restat igitur, quam diximus efficiens, id nempe, quod sua natura confert aliquid generationi eius quod fit, *Gal. lib. de diff. Sympt. cap. 1. & lib. de caus. proc. c. 1.*

3. Ut verò causa hæc morbum producat *Gal. lib. de morb. caus. cap. 2.* quatuor requirit condiciones, nempe 1. robur efficientis sat validum ad superandam resistantiam patientis; quò pertinent species & gradus, iusta magnitudo, debitus numerus & congruens effectui motus, 2. habilitas patientis ad agentis vim excipiendam 3. tempus absolvendæ actioni sufficiens. 4. contactus agentis & patientis.

4. Dividuntur morborum causæ in externas & internas. Illæ ita dictæ quod magna ex parte extra corpus consistant, neq; sint in eorum numero quæ corpus constituunt, & quod



fenfibus patentes, nulla conjectura artificiosa indigeant. Tales sunt res non naturales dictæ. Harum quædam nos contingunt ut aër, ambiens, aqua, ignis, cibus, & potus excreta & retenta ac hujus generis alia, quædam non contingunt, ut motus & quies, somnus & vigilia, animi perturbationes &c. Appellantur & hæ causæ *æcon. & æcon. præcedentes & antegressæ*, quod morbis ut plurimum dent initium; morborum item occasiones, siquidem teste *Gal. cap. 1. lib. de caus. procatarct.* sola invalida moveant corpora.

5. Fuere qui has planè rejicerent, nec inter efficientes referrent causas, quod non omnibus, nec semper obfint, cum tamen quod per se est temporis perpetuitatem & subjecti universalitatem simul includat. His respondet *Gal. lib. d. c. eod.* Omne lædens eo ipso dum lædit læsionis istius causam esse, deinde effectum nullum oriri posse, ni apta efficienti jungatur materia, ut si ineptum mutationi nacta fuerit subjectum effectui suo, sed saltem per accidens, frustrari necessum sit; nec sequi, quicquid ex accidenti producendo effectui impar, protenus per se nullarum esse virium.

6. Est & alia harum causarum partitio. Nam vel necessariae sunt, vel non necessariae. Necessariae dicuntur quæ extrinsecus occurrentes necessariò nobis sunt ferendæ, quod nec eas fugere & declinare, nec sine ijs magna ex parte vivere liceat, talia in universum sunt, aër, cibus, potus, motus, quies quæ excernuntur, quæ retinentur & plurimæ animi affectiones. Hæc ex mente *Gal. lib. 1. de sanitat. tuend.* quatuor generibus complecti possunt & distingui in assumenda, evacuanda, adhibenda & agenda.

7. Non necessariae verò illæ sunt quas evitare licet, ut hic aër, hic vel illè cibus & potus, equitatio, ambulatio, somnus meridians, hic vel ille animi affectus. Huc pertinent omnia quæ casu aut fortunâ contingunt.

8. Ceterum evidentes causæ diversimodè in corpus nostrum

strum agunt morbosq; conciliant, nempe vel alterando, vel  
structuram vitiando, vel continuum solvendo.

9. Veniamus nunc ad internas morborum causas quæ &  
abditæ & delitescentes dicuntur, quod nullis per se notæ  
sunt sensibus, sed sola conjectura perceptibiles. Harum ori-  
ginem spectantes Medici, alias hæreditarias & alias adscititias  
fecerunt. Illæ aut ob utriusq; parentis seminum, materniq;  
sanguinis vitium, aut pravam uteri dispositionem, aut erro-  
rem quempiam externum nobis obveniunt & rectius innatæ  
partium imbecillitates & in morbos proclivitates, quam verè  
efficientes dici posse videntur: hæ nobis natis obtingunt  
subdividunturq; in *προγενετικές* & *συνεληκτικές*.

10. *προγενετικές* quia morbi procreationem antecedunt,  
ita dictæ, morbificæ alterationis, seu passionis immediatæ  
sunt causæ, tantisper durantes, donec *συνεληκτική* in actum de-  
ducta morbusq; factus consistat. *συνεληκτικὸν* non coelum,  
non æthera, non solem, non ex igne & aëre mixtum spiri-  
tum. Stoicis Dei nomine indigitata, vocamus; sed id, quo præ-  
sente morbus, quoq; abeunte is aboletur & desinit, quam  
Schegkii ipsam ægritudinis speciem appellavit.

11. Hanc alij, quia (ut ajunt) nec morbi sit materia, nec  
forma, nec amborum copula; alij quia nil permanens, quale  
morbus, ejusmodi causa indigeat, se sustulisse rati sunt, alio-  
rum *συνεληκτικὸν* dum concedunt quidam, additionis morbis  
eam duntaxat tribuunt, subtractionis verò & neutris, adi-  
munt: quidam verò fientibus quidem eam largiuntur, factos  
verò ea omnino privant. Nos cum doctissimo Erasmo in  
plerisq; summis morborum generibus *συνεληκτικὸν αἶδιον* repe-  
riri statuimus.

12. Omnes porro morborum causæ internæ stabulantur  
vel in continentibus v. g. ubi obstructio febrem, tumor aut  
figuræ vitium meatus angustiam efficit; vel in contentis, sub  
quibus & spiritus. Contenta morbos inferunt, vitiosa quan-  
titate, qualitate vel utrisq;.

13. Quantitatis vitium partim in defectu partim in excessu conspicuum. Defectus est rei duntaxat naturalis, ut spirituum & succorum arteriotomiâ, phlebotomiâ, inediâ aliave longiore evacuatione facta privatio; quò etiam pertinent quarundam partium utilium excrementorum absentia, temperiem, figuram, magnitudinem, numerum, situm & continuitatem sæpenuerò mutantés & pervertentes.

14. Excessus, spiritibus exceptis, ceteris competit omnibus, estq; vel solius sanguinis vel omnium succorum naturam analogiam servantium exuberantia quæ πλεθώρα ἢ πλεθώρα dicitur; vel eorundem succorum & feri vel supervacaneorum, unius aut plurium mutata proportio, temperies, aut utraq; diciturq; κακοχυμία, sub hac cum Fernel. de morb. caus. cap. 20. humorum crassitiem, tenuitatem, lentorem, acrimoniam, putredinem, iniquationem, malignitatem & corruptionem complectimur.

15. Πληθώρα Galeno duplex, ad vasa alia & alia ad vires: illa arterias & venas in tumorem elevat & distendit; hæc vires & facultates premit & debilitat. His cum aliquibus ex utraq; mistam addimus.

16. Aliter plethora & Cacochymia dividuntur in universalem & particularem. Universalis omnes regiones infestat; particularis unicam aut duas molestia afficit. Morbos gignunt, paucis solutæ unitatis demptis, omnis generis, adeo ut nullum ferè rationabiliter practicantium, neglectis universalibus plethoræ & Cacochymia proprijs auxilijs, morborum curam qui aggrediatur invenire liceat.

17. Plurimum quinetjam momenti habet causarum divisio in principalem, quæ per se & sola effectui producendo par est; in adjvantem seu concausam, quæ nisi primariae jungatur, sola, id quod dicitur, non efficit; & in causam sine qua non, cujus actio licet nulla, ab agentib. tamen excludi omnino nequit.

18. Atq;

18. Atq; hæc in genere de morborum causis sint dicta :  
dehinc in specie singulorum morborum generum causæ præ-  
cipuæ perlustrandæ, facto initio ab intemperie.

19. Calidæ itaq; intemperiei, causas, quinq; classibus cum  
*Gal. cap. 2. de caus. morb.* complectimur. 1. Contactu calido-  
rum, quò pertinent quæ ex fame in calida & sicca corporis  
constitutione, ex diutina in sole, balneove mora, ex bubonib.  
medicamentis calidis &c. febres oriuntur. 2. Putredine, ad quã  
referimus febres *πυροχόλων*, aliosq; è putredine ortos mor-  
bos. 3. Assumptis, quibus quæ ebrietate, satietate, acrium,  
cibariorum usu &c, existunt calidæ intemperies, continen-  
tur. 4. Motu sub quo vigiliæ, ceteræq; tam animi quam  
corporis exercitationes concitatiores. 5. Constipatione, cui  
refrigerationē balnea & medicamenta adstringentia & consi-  
milia adnumeramus. Prioribus tribus causarum generibus  
per se; duobus posterioribus per accidens morbus tribuitur.

20. Frigiditatis causæ à *Gal. lib. d. cap. 3.* itidem quinq;  
referuntur. 1. Frigidorum actu vel potentia propinquitas.  
2. Frigiditas, defectus aut abundantia alimentorum. 3. U-  
niversi corporis aut alicujus partis raritas, calorem dissipari  
permittens & huic opposita adstrictio, respirandi, transpiran-  
diq; viam nullam aut insufficientem, sive id ob sanguinis in  
arterijs redundantiam, sive ob osculorum in eisdem obstru-  
ctionem sive ob medicamentã aut vincula vel similia contin-  
gat, relinquens. 4. Ocium & somnus, excrementa conge-  
rendo, & demum. 5. Motus & vigiliæ immoderatæ, dissipan-  
do calorem imminuentes.

21. Siccam progignunt intemperiem, aëris sicca constitu-  
tio, balnea salsa, aluminosa, nitrosa, sulphurea; alimenta &  
medicamenta exiccantia aut impensè calefacientia, inedia, ci-  
borum paucitas, nimia evacuatio, præsertim verò utilium &  
& humectandi vim possidentium succorum, valida & diutina  
exercitia, vigiliæ, curæ, dolores &c.

22. Hu-

22. Humidam ex adverso efficiunt aër pluviosus, austrinus aut quavis alia occasione humidior, balnea aquæ dulcis potissimum à cibo, potus largior assumptorumq; humiditas, excretio ficcorum & humidorum retentio, frictio mollis, otium, somnus, lætitia &c.

23. Compositarum intemperierum compositæ eaq; disparatæ causæ sunt, interdum & simplices: Inæqualium verò & *χρῆσις* contrariæ æqualiter congregientes.

24. Compositæ præterea dyscrasiæ si absq; materia, ex memoratis causis prodeunt; sin cum materia ex humorum coacervatione gignuntur & plerunq; tumoribus junguntur. Coacervantur verò humores, congectione & fluxione. Congeruntur ob debilitatem partis, alimentum non ritè concoquentis, aut excrementa debitè non propellentis, aliquando & ob externum errorem. Fluunt verò si tenues, viæ apertæ & declives, mandans validum & excipiens imbecille, rarum, dolens & consentiens.

25. Qui coacervatur humor si syncerus fuerit, tumorem simplicem cum intemperie gemina excitat, bilis erysipelata; sanguis phlegmonas; phlegma oedemata; melancholia Scirrhos exquisitos. Addendi his aquosi & flatulenti tumores. Si verò alijs permistus, pro humorum diversitate diversæ profiliunt tumorum species, de quibus luculenter agit, *Gak. lib. de tumorib. præter naturam.*

26. In morbis organicis primo loco occurrit figuræ pravitatis, quam contrahimus vel in utero, feminis motu, ob ingentem materiei colluviem, vitiosam aliquam qualitatem, aut errorem externum, impedito; vel in partu, quod non rectè ab obstetricibus infantes excipiantur, quodæ ob meatus angustiam & nascendi magnitudinem difficulter extrahantur, vel post partum, in tenellis quidem, si inæqualiter tendantur, fascijs ruditer involuantur, arctius aut mollius ligentur, lac sugant tabidum, & ex intempestivis exercitijs vatij aut va-

ri red-

ri reddantur. In adultioribus verò propter immodicam alimentorum repletionem, penuriam, crassitiam, siccitatem, vim frangentium, collidentium, comprimentium, vehementes labores &c. quæ per se partium figuras vitiant; ex accidente idem præstant tendentia, ut conuulsio, phlegmone, Scirrhus, cicatrix dura; resolventia item secantia & his similia.

27. Meatus & cavitates nimiù dilatantur, partim laxantibus, rarefacientibus; incidentibus & expurgantibus, partim expultricis vehementia, retentricis languore; materiæq; claudens inopia. Occluduntur iisdem vel adstringentibus; hinc subsidentia; vel conglutinantibus hinc coalescentia; vel tumoribus in ipsa partium substantia ortis, hinc constipatio; vel multis, crassis, lentis humoribus, lumbricis, grumis, calculo; hinc obstructio; vel deniq; à circumjacentium partium tumoribus, vinculis &c. hinc compressio.

28. Superficies exasperantur & inæquales fiunt à cibis, humoribus aut medicamentis acris, abstergentibus & corrodentibus, à fumis & pulveribus earundem virium. Lævigantur verò propriè à pinguis & viscosis, intermedia partium distantia spatia replentibus; impropriè, inæquales particulas absumentibus.

29. Aucti numeri & magnitudinis causæ eadem ferè sunt, abundantia puta materiæ ejusq; vel naturalis vel præternaturam affectæ, facultatisq; cum expellentis, tum efformantis robur. Imminuuntur verò numerus & magnitudo ex materiæ utilis inopia, facultatis debilitate, ingenti refrigeratione, putredine, sectione, ustione &c.

30. Situm & connexum mutant, in uterò facultatis plasticæ error vel materiæ pravitas; extra uterum relaxantia, contrahentia, abrumpentia; utrobiq; insuper vis quædam externa.

31. Restat unum adhuc morborum genus Unitatis solutio, quæ in similaribus, juxta & dissimilaribus fit tribus ex causis,  
I. Exter-

1. Externis, quales sunt corpora dura, obtusa & gravia, quibus quæ mollia sunt contunduntur; franguntur verò quæ dura, si nempe ipsorum corpora nostris aut nostra ipsorum vehementius collidantur. Eadem si præter duritiem aciem quoque sortita fuerint, cædendo, pungendo & mordendo continuum solvunt: huc referri possunt quæ partes violenta tractione divellunt, aut insigni refrigeratione &c. separant. 2. Internis, qualia sunt, flatu, humores, calculi, tumores &c. quibus replendo & distendendo, nimia evacuatio & partium inaninitio, quibus contrahendo; unitum se jungitur. 3. Partim externis partim internis, ut sunt ignis, humores acres, amari, salia medicamenta item viribus causticis & septicis prædita &c.

32. Hactenus de morborum essentialiter differentium causis, sequuntur accidentalium, in quibus primò occurrunt fieres, qui continente causa carent, & ab externis & antecedentibus pendent; facti procatarteticis & *προηγυμφοις*, nunquam quandoquæ; vero continente subsistunt; medius seu partim fierens partim factus à medio modo se habentibus causis prodit. Morbi hæctici à vehementibus, Schetici à debilioribus producuntur causis. Æquales à causis contrarijs omnes membri particulas æquis viribus lædentibus, inæquales à contrarijs æqualiter vel non contrarijs inæqualiter, diversas partes disponentibus, proveniunt. Morbi per sympathiam oriuntur aut à vaporibus, humoribus, nudave qualitate aliundè transmissis aut materia vel facultate, actioni necessarijs interceptis aut non genitis. Morborum per Idiopathiam causæ ex superioribus petendæ.

33. Simpliciter lethales morbi è causis certa quadam nature proprietate nobis inimicis, qualia sunt, venena & humores maligni; aut manifesta qualitate vehementer nos afficientibus ut sunt insigniter refrigerantia, calefacientia &c. aut partem principem, in primis cor, aut corpus aliàs imbecillum corripientibus, dependent. Simpliciter salutare contrarias agnoscunt

scunt causas: Secundum quid lethales vel salubres è causis aut prius subiectum deferentibus; aut in deteriorem melioremve statum permutatis oriuntur. Magnorum & vehementium morborum causæ eadem quæ simpliciter lethaliū, parvorum verò & debiliū. quæ simpliciter salubrium.

34. Continuos efficiunt morbos, quæ citra ullam aut leviusculam intermissionem toto morbi decursu, sive id ob loci propinquitatem sive materiæ multitudinem, crassitiem aut viscositatem evenit, ægrum affligunt, Intermittentes, contrarijs affectæ conditionibus causæ inferunt.

35. Acuti morbi quia magni simul & breves sunt compositas habebunt causas è superioribus manifestas: Diurni utpote acutis oppositi, oppositas.

36. Maligni seu mali moris morbi ab humoribus putredine corruptis, venenis & similibus per se oriuntur: per accidens verò causæ malignæ evadunt certarum partium collatione; sic punctio si nervosam vulneret partem, maligna censetur, quæ si in carnosam incidat, omnis malignitatis habetur expers, Benigni & mites morbi contrarijs ex causis existunt.

37. Biliosorum, pituitosorum, melancholicorum, putridorum, legitimorum & nothorum causas ipsa nominis indicat notatio.

38. Communes seu pandemij è triplici causarum genere exurgunt teste *Gal. in proem. 1. Epid.* ex eis nempe quæ offeruntur, quæ fiunt & quæ extrinsecus incidunt, præcipue verò ex aëris nos ambientis affectu: Endemij potissimum loci & aquarum naturam: Epidemij verò aeris vitium comitantur. Atq; hæc de morborum causis dicta sufficiant.









Faint, illegible text on a parchment page, possibly bleed-through from the reverse side.

65 60





ri reddantur. In adultioribus verò propter im-  
 mentorum repletionem, penuriam, crassitiam,  
 frangentium, collidentium, comprimentium,  
 bores &c. quæ per se partium figuras vitian-  
 idem præstant tendentia, ut conuulsio, phlegm-  
 cicatrix dura; resolventia item secantia & his si-  
 27. Meatus & cavitates nimiũ dilatantur, p-  
 bus, rarefacientibus; incidentibus & expurgan-  
 expultricis vehementia, retentricis languore, n-  
 dentis inopia. Occluduntur ijdem vel adstring-  
 subfidentia; vel conglutinantibus hinc coalesce-  
 ribus in ipsa partium substantia ortis, hinc co-  
 multis, crassis, lentis humoribus, lumbricis, g-  
 hinc obstructio; vel deniq; à circumjacentium  
 ribus, vinculis &c. hinc compressio.

28. Superficies exasperantur & inæquales fi-  
 moribus aut medicamentis acris, abstergen-  
 dentibus, à fumis & pulveribus earundem viriu-  
 tur verò propriè à pinguibus & viscosis, inter  
 distantia spatia replentibus; impropriè, inæqu-  
 absumentibus.

29. Aucti numeri & magnitudinis causæ ea-  
 abundantia puta materiæ ejusq; vel naturalis  
 turam affectæ, facultatisq; cum expellentis, tu-  
 robor. Imminuuntur verò numerus & magnitu-  
 utilis inopia, facultatis debilitate; ingenti refri-  
 tredine; sectione, ustione &c.

30. Situm & connexum mutant, in uterò fa-  
 cæ error vel materiæ pravitas; extra uterum r-  
 trahentia, abrumpentia; utrobiq; insuper v-  
 terna.

31. Restat unum adhuc morborum genus U-  
 quæ in similaribus, juxta & dissimilaribus fit ut



the scale towards document